UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Processus iudiciarius panormitani

Johannes <Urbach>

Parisius, Millesimo quinge[n]tesimo octauo

Exceptio solutionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70756

Visual Library

quas fecit poſꝙ reus recepit inducias ⁊ ſi alias nõ
eſt ſoluendo eſt arbitriuz iudicis puniendus. Iſta
eſt ꝓuiſio decretalis finem de do. et contu. ſi tñ eas
vult icontinenti ꝓbare lz ſibi deficiat probatio nõ
eſt locus pene vt ibi no. Debent ergo duo concurre
re ad hoc vt excipiens patiatur hanc penaz ſcilz ꝙ
fundata ſit actoris ĩtentio. ⁊ non ĩcontinenti reus
aſſumat onus ꝓbãdi vt ibi no. Poteſt ergo reꝰ op
ponere exceptionez rei iudicate vel tranſacte. ⁊ for
mas illas habẽs ſupra vl' poteſt excipere de pacto
non petendo. vel de preſcriptione vel ſolutione de=
biti facta ſub hac forma. Forma exceptõis preſcri
ptioni Ru. Coram vobis honorabili viro domino
iudice. ⁊c. procurator procuratorio nomine talis ꝓ
ponit excipiendo ad ĩtentionez actoris talis pimẽ
dã ſeu elidendam et dicit ꝙ ipſe reus domum talẽ
quam actor ab eo vendicat poſſedit pacifice ãnis.
xxx. ⁊ vltra eam continue poſſidet ⁊ preſcripſit bo=
na fide quare petit ipm reum ab impetitione acto=
ris abſolui per veſtram diffinitiuam ſententiam et
eũdẽ actorẽ ſibi ĩ expenſis litis condemnari legiti
mis Vel ſic in exceptione ſolutionis

¶ Exceptio ſolutionis.

Coram vobis ⁊c. Ad elidẽdã et efficialiter pe
rimẽdã talis actoris ĩtentionem procurator
talis rei proponit ⁊ dicit excipiendo ꝙ etiam ſi debi=
tum pretenſum per ipm actorem a predicto reo pe
titum eſſet legittime et ſufficienter ꝓbatum ipe tñ
reus de eodem debito pretenſo illud ſibi numeran
do realiter ⁊ in pecunia numerata pſoluendo ſatiſ
fecit cum autem ſolutione eius quod debetur om=

nis obligatio ſit ſublata. Jdcirco predictus ꝓcura
tor noīe quo ſupra petit ⁊c. vt in p̄cedenti forma. et
ſic de aliȷ̄s exceptionibꝰ. Et reus exceptionē perem
ptoriā p eum oblatā vel ꝓpoſitam ꝓbare debet q2
in excipiēdo reus fit actor ⁊ ita transfert ī eū onus
ꝓbādi. ff. de excep. l. i. et ī. l. ī exceptio. ff. de ꝓbatio
ſaltem regulariter: quia in certis caſibus non ꝓba
bit excipiēs ſed actor: vt ī exceptione nō numerate
pecunie vel dotis: de quo etiā in ſpe. de excep. §. vi=
ſo. Si autē non ꝓbat eam reus ex illo nō obtinebit
actor niſi ꝓbet intētionē ſuam de excep. cū venera
bilis de quo etiā in ſpe. de excep. §. viſo. v. illudq3.
Et diligenter aduertat aduocatus rei quibus vbis
vtatur in concipienda exceptione de quo in ſpe. §.
ꝓxi. alle. Et tabellio regiſtrando huiuſmodi actu3
exceptionis pemptorie oppoſite ſcribat hoc modo
Comparauit in iudicio corā tali iudice anno tali ta
lis reus vł talis ꝓcurator ſuus ⁊ infra ſcriptā pem
ptoriam obtulit exceptionē. Ex aduerſo iudice ad=
huc ꝓ tribūali ſedēte talis actor vł talis ꝓcurator
eius comparēs copia3 illarū exceptionū ſibi decer
ni p iudicem ⁊ fieri petit. ac competentē terminum
ad dicendum contra eaſdem ſeu replicandum aſſi
gnari. Cui predictus iudex copiam huiuſmodi ex
ceptionnm contra eaſdem ſi voluerit. Acta. ⁊c. Uel
ſic Exhibitis his exceptionibus per talem reu3 vel
talē eius ꝓcuratorem in preſentia talis actoris vel
ſui ꝓcuratoris. Anno tali die tali: replicabitur die
tali. Si autem in termino ſic dato actori ad replicā
du3 actor nullam opponat replicationem quia for
te non habet ⁊ ſic forte admittit exceptio rei. Et
ad probandum dabit reus articulos d̄ materia hu

iuſmodi exceptionis ⁊ illos ꝓbabit ſi poterit per te
ſtes vel inſtrumenta

Renunciatio ꝓbationum ante concluſionem tamen

POſtq̄ autē vt premiſſum eſt in cauſa ꝓceſſuꝫ
eſt. vt quia lis eſt conteſta. iuramentum calū-
nie preſtitū. dati ſunt articuli et poſitiōes ⁊ depoſi-
tiones teſtium vel inſtrumentorum inducte: excep
tiōes oppoſite replicationes formate/et duplicatio
nes ſubſecute: cū partes non habeāt quid vlterius
in cauſa ꝓponant vlterioribus proponendis renū
ciant et poſtulant in cauſa concludi. Et iſta omnia
ſunt in actis redigenda de proba. c. quoniam. Et ſi
vna pars renunciat ſeu velit renunciare et alia di-
cit ꝙ adhuc habet aliqua ꝓponere quare dicit ꝙ ſi
vult renūciare tunc iudex aſſignabit ei terminum
competentem infra quem proponat quicquid velit
de quo in ſpe. de renū. in prin. Et videtur aliquibꝰ
ꝙ idem ſit renūciare ⁊ concludere: ⁊ hoc tenet Hoſ.
de cau poſ. paſtoralis: tamen tex. ⁊ Inno. in. c. quo
niam de proba. ponūt illa vt diuerſa. Et ꝙ eorum
quodlibet ſit actus ꝑ ſe. tenet Guil. in ſpe. de renū.
conclu. in. ℣. ⁊ notatur. Et ſic poteſt dici ꝙ ꝑ renun
ciationem renunciatur ꝓbationibus ⁊ allegationi
bus factis per concluſionē inducitur renūciatio al
legationum iuriū. Dicit tū̄ Io. an. in addi. ſpecu. in
loco preal. ꝙ in renūciationibus huiuſmodi ſūt pō
deranda verba ⁊ ſtatus cauſe ⁊ conſuetudo fori/qꝛ
ſi fit renunciatio allegationum et omniuꝫ probabi
lium certum eſt ꝙ iſta renunciatio eſt concluſio/vt
no. in ca. cum dilectus de fi. inſtru. in glo. i. Et ideꝫ
putat ipſe ſi fiat renunciatio allegationem iuris et

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN